

Luc. 1.

Syriac.

Ad Tit. 3.

D. Ambr. D. Bonav. Janfen.

381. Ansbertus.

Dan. 10.

Christus in se ostendit, quales nos esse debemus. Halm. 25. Ezech. 25.

382.

Princeps in se ostendat non mam subditio- rum. D. Gregor.

383. Idem.

Nato Domino apparet Angelus dans nuntia Pastribus; & statim subdit D. Luc. 2. n. 13. Facta est cum Angelo multitudo militum caelestium. ut legit Syriacus: Multi exercitus caelestes. Quid est quod quando nato Domino: Benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei. Ad Titum 3. n. 4. Angeli armati, tanquam in acie militari profuerunt? Ut denotaretur, quod dominus nascebatur, ut pro suis adversus Principem tenebrarum pugnaret; & ideo Angeli sub militari forma ad bellum sese accingebant. Post D. Ambr. ac D. Bonav. Janfen. nius, Bene, ait, dicitur Angelo conjuncta est multitudo caelestis militia, nimirum, ut significaretur, natum perierunt, Dominum illum Sabbath, vel virtutum fortem in bello, qui adversus hujus mundi principes expugnare venerat. Et nunc dicitur, quod apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri: quando ille pro suis expugnare venerat.

Quarto. Ansbertus: Illa praecinctio non ad caput, sed ad membra redigitur. Sicut per cingulum ad renes in veteri testamento restrictio carnalis luxuriae designabatur, sic etiam per zonam mamillarum cohibitio cordis, & interioris libidinis denotatur: sed cum manifestum sit, quod Redemptor noster omnino erat immunis ab omni modo luxuriae tam in corpore, quam corde, quid est, quod in veteri testamento à Dan. 10. n. 5. in renibus, & in novo à Joanne cinctus ad mammillas aspiciatur? Recte Ansbertus: Illa praecinctio non ad caput, sed ad membra redigitur. Ac si diceret. Christus in se nec indiget praecinctio renum; nec etiam mamillarum, cum ab omni motu inordinato omnino liber fuerit, sed in se praecingitur, ut doceat, nos qualiter praecinctos esse debemus, non solum quoad corpus, sed etiam quoad mentem. Quod eleganter explicat Petr. Bles. serm. 45. in Synodo ad Sacerdotes: Ove renes meos, & cor meum, inquit, et. 25. n. 2. Et iterum: Sini lumbi vestri praecincti: lumbi dicitur, & non lumbus, non enim sufficit praecingere lumbum corporis, nisi & praecingamus lumbum cordis. Ezechiel. 25. n. 15. Hominem praecinctum videre usque ad renes Joannes in Apocalypsi. vidit succinctum usque ad mammillas, succingamur ergo, non tantum usque ad renes, corpus custodiendo, sed usque ad mammillas, cor ab immundis cogitationibus cohibendo: corporis ergo, & cordis lumbos praecingere debemus, castitatis vinculo & zona.

Quinto. Ad eadem verba Ansberti: Illa praecinctio non ad caput, sed ad membra redigitur. Apparet Christus praecinctus; non pro se, sed pro subditis, ut dixi superiori n. quia Princeps in se ostendat, qualiter inferiores in se ipsi se debeant exhibere, ac habere. D. Greg. lib. 4. in 1. Reg. cap. 4. Is, ait, qui ad regendum culmen queritur, tanta debet esse perfectionis, ut quidquid populus de bono opere sibi vult proponere, in sua conversatione debeat monstrare.

Sexto D. Gregor. Magni lib. 21. Moral. cap. 2. sic ait: Angelus, qui Joannem alloquitur, zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur; quia enim testamenti novi munditia etiam cordis luxuriam frenat; Angelus, qui in eo apparuit, in pectore cinctus venit. Quid est, quod Angelus per naturam virgo, passionum expertus, contra luxuriam passionum armatus venit? Utdixit in 4. solutione, & etiam dicam sequenti, Angelus

corpore aereo apparebat, & licet liber sit, ut appetitu tangatur, ac in libidinis periculum incidat, tamen ut non ex carne & sanguine compositos doceat cautela circumspeditionem, ideo in illo corpore luxuriae non obnoxio, munimine contra libidinem apparere. Nullum Angelo periculum, sed magnum nobis exemplum Christi resuscitati vestigia osculari intentat Maria; vetat Christus dicens: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: Joa. 20. n. 17. & tamen Thomae concedit, ut manum in latus mittat, Joa. 20. n. 27. Quae hujus rei causa pro nostra magna doctrina: Thomae contra-ctanda vulnera offert, ut cordis duritiem depellat & gratiam cumulare; mulierem accedere vetat ad corpus illud sacratissimum, libidinis immune, ut homines ad lapsum proclives doceat, illecebrosa mulierum obsequia fugere. de Maria dicebat D. Chrysol. serm. 76. Illud de figura est, hoc de sexu; illud de Divina gratia, hoc de humana natura. Puritas resurrectionis, divinitate munita nullum illi periculum, nostrae tamen infirmitati magnum dat suffragium ad eruditionem

Septimo. Richardus de Sancto Victore: In veteri testamento, ait, visus est Angelus prope- ra cinctus renibus, quia ibi carnis opera expressus prohibebatur: In novo autem Joannis visus est Angelus praecinctus ad mammillas, quia nunc vel ipsa cogitationes illicitae manifeste reserantur: qui enim non inquinamentum carnis, quod veteri testamento iam fuerat interdictum, sed inquinamentum Spiritus, quod in novo archus est prohibitum, stringere veniebat, non ad renes, sed ad mammillas, praecinctus debet apparere. D. Chrysol. hom. 2. in Marc. postquam proponit dubium, sic ait: Lex in lumbis cingitur; Christus hoc est Evangelium, & Monachorum virtus, non solum in libidine, sed in mente continentur: hic nec cogitare quidem expedit.

Eandem rationem tradunt Pannon. Ansbert b. Anselm. Albert. Magn. Hugo, & alii. Res proximè notanda: Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Matth. 3. n. 4. Imò Angelus in persona Domini apparet Daniel. 10. n. 5. Ecce vir unus vestitus linenis; & renes ejus accincti uero obrizo. Joannes circa lumbos astringebatur; & Dominus apud Daniel. circa renes: At verò modò Christus ad mammillas praecingitur? In Joanne lex vetus figurabatur, sicut in Domino apud daniel. in qua ut imperfecta, maxima illius sollicitudo, ac expressior cura erat in coercenda libidine, quae in opus externum prodibat; & haec praecipue castigabant; at in filio hominis erat Evangelium, cujus tanta est eminentia castitatis, ut arctissime jubeat, omnem curam adhibere, ad quemlibet pravum mentis affectum coercendum ac ad excludendum minimam representationem indecoram; & ideo cor, de quo cogitationes prodeunt, zonà alligatur. Albert.

Magn. Quia in veteri testamento damnabatur luxuria opus, ideo Dominus apparuit Danieli renes accinctus: quia verò in novo testamento cogitationes male damnantur, ideo ad mammillas praecinctus ostenditur. Matth. 5. n. 27. Dicitur est antiquus; non mechaberis: Ecce cohibitio luxuriae. Ego autem dico verbis; qui viderit mulierem ad concupiscendum: eam, &c. Ecce cohibitio cogitationis prava.

Angelus in corpore aereo, cingulo castitatis armatus.

Mulieris tactum su- gendum esse.

D. Chryf.

Richard.

D. Chryf.

Pannon. Ansbertus. D. Anselm. Hugo. Matth. 3. Dan. 10.

Minima cogitatio venerea fugienda, ac damnanda.

Albert.

Math. 5.

E.

385.

Job. 31. Luxuria concitatio immenda viro frenata.

D. Chryf.

386.

1. Reg. 15.

D. Greg. Minima cordis luxuria perimenda.

Et quamvis modò in Evangelio superior sit gratia, & Dei auxilio robustiores vires ad pugnandum tamen inter luxuriam, ac alia crimina hoc est discrimen, ut libidinis inquinamentum robustissimis maximo sit in timore. Job ille fortissimus athleta, qui contra tot impugnamenta Satanæ invictus extitit, de se dicebat cap. 31. n. 1. Pepigi foedus cum oculis meis, ne cognarem quidem de virgine. Unde tanta formido in tam strenuo duce sciebat Jobus robustissimos milites à libidine fuisse victos; & ideo spem salutis ponebat, non tantum in excludendis aspectibus, sed etiam in amputandis cogitationibus. D. Chrysol. serm. 1. de continentia. Quis non admiretur, ait, & obstupescat, videns virum hunc cum Diabolo quidem viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere; Virginitatem autem faciem fugere? Diabolum quidem videns accedentem non fugit, sed mansit sicut Leo, viribus fidens: Virginitatem autem visam, non stetit; censebat nimirum, & praelio contra demones virili, & audaci animo opus esse, in continentia autem preparatione victoriam concedi, non Virginitatem concessu, non consuetudine, sed fuga.

Mandat Deus Saül pugnare adversus Amalec, dicens ei: Nunc ergo evade, & percute Amalec, & demolire universa ejus: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro usque ad mulierem, & parvulum à que lactentem: bovem & ovem, camelum & asinum. 1. Reg. 15. n. 3. Nonne satis erat, viros perimere, cur nec una mulier, nec unus infans unius diei à miseratione vacuus erit: ita ut nec una ungula de Amalec superstes sit: multos hostes habuit Israël, ut fuerunt Philisthim, Ammonitæ; in nullos coelesti sententia tanta crudelitate saevitum est, ut in Amalec; quid de Amalec timet Israël, qui peccationis imaginem exprimebat; qui tam fortis, & grandis natio erat, ut nulla alia esset, quæ ita Deum sibi propinquantem haberet: quid ergo timet de Amalec, ut omnia ejus à viro usque ad lactentem perimenda sint, ita ut nec una ungula superstes sit? D. Greg. lib. 6. in exposit. in 1. Reg. cap. 1. ait: Superius Amalec luxuria vitium designa e diximus. Ideo omnia illius sunt de medio tollenda: in re libidinis sive magnum, sive parvum non est sustinendum, sed omnino perimendum: sive sit magnum in opere, sive parvum seu lactens in cogitatione. Et signanter dicitur: Non parcas ei, & non concupiscas. Quia non solum cautela adhibenda est, ut ne opere aliquid tibi retineas, sed etiam ut mente, ac desiderio, ne aliquid exoptes. D. Gregor. citatus: Quid est hic, ait, qui parci Amalec; nisi qui, aut cogitatione, aut in ore, aut in carne, lasciviam aliquid retinet? Dicit ergo: non concupiscas aliquid ipsius: ut penitus eradicetur à cogitatione: quid est ergo, non parcas ei, non concupiscas aliquid ipsius: nisi quia luxuria omnis in carne perfectè damnanda est, & à mente radicitus extirpanda.

QUESTIO L.

Quid mammilla significant?

Primò. D. August. seu potius Ticonius, Aretas, & alii hoc loco per mammillas interpretantur duo testamenta, quæ de pectore Salvatoris, tanquam de perenni fonte manant, ut populum Christianum nutrant, & reficiant in vitam æternam. In suo dilecto sponso Christo sponfa mammillas, seu ubera agnoscit; dicens Cantic. 1. num. 2. Meliora sunt ubera tua vino. Vinum optimum, & suavissimum est, cur ubera ei præferuntur? Per vinum humanæ delectationes interpretantur, ut docet D. Ambros. serm. 1. in Plalm. 118. vel etiam scientiæ, quæ homines spiritualiter multoties inebriant, ut Auctor est D. Gregor. Nisfenus homil. 1. in Cantic. ecce cur ubera sponfa vino præferuntur: nam lac scripturæ in utroque testamento ab ejus uberibus manans excelentius, & suavius est omnibus hominis delectationibus, ac scientiis. Philo Carpath. Vi duo affixa cor ambiunt, ita & duo testamenta ex Spiritu sancto, spirituales nobis potionem, Divini lactis instar, effundunt, nosque super delectationes omnes humanas sanctissime laetificam, atque tuentur.

Secundò. Pannonius: Hujus, ait, duo ubera, sunt duo præcepta charitatis, quibus Deum diligere super omnia jubemur, proximum sicut nos: in pectore ubera pendunt, & charitatis gemina sedes est in corde, quod sub claustro pectoris delitescit. Alii accinguntur ad renes, ut notavi superiori quaest. Ait Christus hic apparet succinctus ad mammillas: nonne hæc duæ sunt, quia duo sunt præcepta dilectionis, dei nempe, ac proximi, quibus Christus summè astringebatur in negotio nostræ salutis? Præfata verba Cantic. 1. n. 2. Meliora sunt ubera tua vino; Omnes ferè Hæbraei sic legunt: Meliores sunt amore tui vino. Unde hac ubertate, ac dulcedine uberum Christi satiata sponfa plurimum, audebat pro suo dilecto in certamine stare: quæ est observatio D. Bernard. serm. 9. Tu fecisti, ait, o sponfa, qui in dulcedine uberum tuorum tanta me dignatione lactasti: quatenus omni metu depulso, audentiam plus forte, quam expediat.

Tertiò. Viegas. Per has duas mammillas, duo universalia deo attributa, scilicet misericordiam in pios, & justitiam in impios interpretatur: etenim in omnibus dei operibus, misericordiam, & justitiam reperiri docet D. Thomas 1. p. q. 1. art. 4. de dextero misericordiam ubere fugitur lac indulgentiæ, de sinistro lac corruptionis; hoc durius, illud suavius utrumque infantibus salutare.

Quartò Pererius. Duæ mammillæ, ait, sunt, mens, & voluntas, hæc cinctæ sunt auro sapientiæ, illa charitatis; utraque lac præbent tum doctrina per prædicationem, tum gratia per Sacramentorum administrationem. Unde ait divus Gregorius libro 34. Moral. cap. 8. Zonam auream circa mammillas habere, est

387. D. August. Aretas Duo testamta.

Cantic. 1.

Dulcedo scri- ptura super omnes delectationes, ac scientias.

D. Ambr. D. Nisfen. Philo. Carp.

388. Pannon. Dilectio, Dei & proximi.

Cant. Hebr.

D. Bern.

389. Justitia & misericordia.

390. Pererius. Mens, & voluntas.

D. Greg.

F. cunctis

cunctos mutabilium cogitationum motus, per solius amoris vincula, restringere.

Quintò in sententia illorum, qui vestem pederis qua Christus hic indutus apparuit, referunt ad illam antiquam Pontificis legalis, poterit dici, quòd mammillæ inuuebant doctrinam, & veritatem quæ in pectore, ac rationali Pontificis erant scripta. Dixit Deus Moyse. Exod. 28. num 30. Pones in rationali iudicii doctrinam, & veritatem Philo lib. Quis rerum Divinarum heres; legit, claritatem & veritatem. Pro doctrina claritatem: nam doctrina debet esse clara. Nota etiam, quod in aliis dixit Deus Moyse facies propitiatorum facies mensam, Cande abrum, Cherubim Exod. 25 at hic non dixit, facies, sed pones doctrinam, ac veritatem: quia doctrina, & veritas non est facienda nec fabricanda, sed simpli citer, ut est ponenda ac dicenda. D. Sever. in Carena Græca: Recte, inquit, impones, non autem facies, perinde, ac de aliis jubetur: Non enim hæc pertinent ad artificium aliquod.

Doctrina sit clara.

Exod. 25. Veritas, doctrina sit nuda, & non conscientia, & veritas.

392.

Prelatus semper sui muneris admonetur.

p. Bruno.

Prelatus iudicet ratione, non affectu.

393.

Daniel 13. Non iudex, sed merita iudicant sententiam D. Cyrill.

394.

Joan 5.

Sententia sit à meritis, pronuntiatâ.

D. Ambros.

Quintò in sententia illorum, qui vestem pederis qua Christus hic indutus apparuit, referunt ad illam antiquam Pontificis legalis, poterit dici, quòd mammillæ inuuebant doctrinam, & veritatem quæ in pectore, ac rationali Pontificis erant scripta. Dixit Deus Moyse. Exod. 28. num 30. Pones in rationali iudicii doctrinam, & veritatem Philo lib. Quis rerum Divinarum heres; legit, claritatem & veritatem. Pro doctrina claritatem: nam doctrina debet esse clara. Nota etiam, quod in aliis dixit Deus Moyse facies propitiatorum facies mensam, Cande abrum, Cherubim Exod. 25 at hic non dixit, facies, sed pones doctrinam, ac veritatem: quia doctrina, & veritas non est facienda nec fabricanda, sed simpli citer, ut est ponenda ac dicenda. D. Sever. in Carena Græca: Recte, inquit, impones, non autem facies, perinde, ac de aliis jubetur: Non enim hæc pertinent ad artificium aliquod.

Dux ergo mammillæ significabant doctrinam, & veritatem; & veniens Dominus, arguere ac increpare Episcopos Asia, hæc fert in pectore, & super cor, ut Prælati Ecclesiastici inde admonerentur. ut quæ sui muneris sunt, semper habeant defixa in corde: & ut semper eis ante oculos obversetur, suos doctrina imbuere, & veritatem errantibus aperire, secundum quod meritum, vel demeriti ratio postulerit. Bruno apud Trim. ad locum citatum Exod. Hoc Episcopi audiant, hoc diligentissime attendant, & considerent, quid significet, quod super pectus Aaron doctrina, & veritas ponuntur: ille enim Episcopus rationale in pectore non habet, in cuius corde non est doctrina, & veritas. Quid enim sine doctrina doceret: quid sine veritate iudicabit: ideo enim rationale iudicii dicitur, ut in rationali sit doctrina, in iudicio sit veritas. Semper igitur rationale super pectus suum Episcopus intueatur: iustificat illi liber iste, tota lex utriusque testamenti, si scientiam in pectore habet. Et cingitur hic Dominus zona aurea, quia hæc omnia debet Prælati præstare in charitate, quæ per zonam auream interpretatur.

Cum unus ex senioribus, qui Suzannam accusabant, in falsitate esset deprehensus: Recte mentitus es & tu in caput tuum. Dan. 13. n. 59 hoc est in sententiam, ac condemnationem capitalem tuam, ac si diceret, non ego, sed iniquitas tua, mendacia tua, te in mortem, ac capitalem sententiam advocant: quod alibi dixit D. Cyrillus Alexand. Non mea sententia, sed malitia tua te damnat. In c. 2. Amos Cyrill.

Ait Christus Joan. 5. n. 30. Non possum à me ipso facere quidquam: sicut audio, sic facio. Quid dicis domine, non possum à me facere quidquam: Tu iudex omnium es constitutus: tu ad iudicium advocas; causam discutis; sententiam proferis, & pronuntias; præmia concedis, & poenam inferis, quomodo dicis, quod non potes facere quidquam? In iudicando nempe; non enim sententiam promulgas à se excogitatum, sed à reorum meritis sollicitatam; quod eleganter dicit D. Ambr. l. 5. Epist. 20. Non enim quasi infirmus, dicit, ait, non possum à me facere quidquam, sed hoc loco quasi iudex loquitur; ut cognoscantur homines in iudicando, quod non ex voluntate nostra, & potestate, sed ex

aquitate debemus formare sententiam, Iustitia in iudicando, non potentia est in iudicando. Ego non iudico, sed facta tua te iudicant, ipsa te iudicant, ipsa te accusant, ipsa te condemnant, leges te adiudicant, quas iudex non conuertio, sed custodio. Nihil ex me ego profero, sed ex te forma iudicii in te procedit.

Sextò. Mammillæ denotant affluentiam, ac exuberantiam Divinæ gratiæ in populum Christianum, quæ sui communicatione non minuitur, sed crescit, & augetur: sic à mammillis fluit lac, ut de eo notavit D. Machar. hom. 12. Lac sugit infans, ait, omnique modum lactis exhaurit: ac mammilla denuo alia hora impletur. Non mare: scit mammilla communicans suum lac, sed semper statim abundat: quam conditionem æmulat Christiana charitas, quæ dum communicationi sui spiritus instat, non minuitur, sed magis crescit, & in augmentum abit.

Cum advenit Divinus Spiritus super Apostolos dicitur Actor 2. n. 3. Apparuerunt eis dispersæ lingue, tanquam ignis, sed itaque super singulos eorum. Et cur Spiritus sanctus sub specie ignis descendit super Apostolos: Oprimè sub hac forma explicabatur gratia spiritus sancti ab Apostolis accepta. Ignis hoc haquet, quòd dum communicatur, non minuitur, sed magis crescit, ac dilatur: sic gratia spiritus sancti in Apostolos, sui communicatione crescit, & augetur, ac dilatur. D. Chryso. ibi homil. 4. Quomodo, ait, ab igne quotquot volat aliquis lucernas accendit, nec ignis minuitur, ita in Apostolis tunc temporis accidit. Ignis, dum se communicat materiæ, crescit: sic Apostolica gratia in communicatione sui maxime augetur.

395. Gratia communicata augetur. D. Machar.

396. Actor 2.

Gratia sui communicatione non minuitur, sed augetur. D. Chryso.

QUESTIO LI.

Explicatur Zona aurea, prout spectat ad personam Christi.

Alludit hic Joannes ad zonam auream veterum Pontificum, ut notant in præfenti Cornelius à Lapide, Menochius, M. Joannes de la Haye, & alii: Nam minores Sacerdotes cingebant se zona ex bysso polymita, idest, cocco, & purpurâ intexta: Pontificis verò zona erat ex bysso polymita, cocco, puro auro intexta. Hæc autem zona dicebatur, Balteo: Ut patet Exod. 28. num. 39. ibi cum D. Hieron. Beda, observant Abul. Lyræ, & communiter interpretes. Ex quo ait N. D. Cyrill. Alex. Fides igitur, quia militaris prope modum Aaron habitus fuerit, nempe, quia Christus pro nobis bella gessit in manu fortis: sicut scriptum est, arcum suum retendit, & paravit illum, & sagittas suas ardentibus effecit. Nota etiam quod Christus ingressus est in bellum humili fune ac catena, postea verò apparet zona aurea; at verò modo milites tendunt ad bellum balteo aureo, & redeunt omnibus spoliati.

Tamen existimo, quod zona, qua Christus hic præinctus apparuit, æmulabatur illam antiqui Pontificis: nam Pontifex antiquus cingebatur balteo, seu zona facta opere Plumarii. Exod. 28. numero 36. opus autem polymitum, ut patet ex radice Græca, constat ex diversis

397. Corn. Menoch.

Exod. 28. D. Hieron. Beda. Abul. Lyræ. D. Cyrill.

398. Exod. 28.

diversis lictis, seu hiis, ex variis, & versicoloribus, ita ut aves variè depictas imitetur: & ita zona Pontificis antiqui erat ex bysso intexta cocco, purpura, hya. inrho, & auro. At zona, qua Christus indutus hic apparuit, simpliciter tota erat aurea: proindeque meritò illà significabatur, ut notavit Viegas Exegetic 2. in eap. 1. lect 1. Sacerdotem illum, sive Pontificem, cujus ille similis filio hominis personam sustinuit, sacerdotibus Pontificibusque legalibus longe excellentiorem esse nam il à antiqua, ac legalis erat ex variis coloribus, ac filis simul cum auro intexta; hæc verò Christi, utpotè sublimior, ac illustrior, tota ex auro. Hoc egregiè notavit Aretas hic: Auream, ait, intueri zonam, quemadmodum legales, Sacerdotes pallis utebantur variatis: oportuit enim, diversitatem manifestari inter servos, sive legem umbralem, & veritatem. Altius rem inquiramus.

Viegas.

Aretas.

399.

Joachim.

Omnia in Christo sublimia, & excellentia sunt.

400.

Anat. Casp.

Charitas.

v. Greg.

Veritas sine furo mendacii.

Castitas sine sordis.

Primò. Joachim. Abbas: Zona pellicea cingitur Ioannes, zona aurea Christus. Quancumque Joannes perfectus fuerit, comparavi tamen Christo, imperfectus apparuit: Plures præinctos legimus in sacra Scriptura, zona pellicea, vel lancea ut Parentem Eliam, Joannem Baptistam, & Ezechielem: Cur ergo Christus talibus cingulis non alligatur, sed auro constringitur? Ut inde colligas, quam latum sit discrimen inter Christum, & alios suos ministros; sicut enim aurum pretiosum excellit omnia alia utiliora, sic Christus antecellit omnes alios: & apud Daniel. 10. n. 5. apparet Angelus, & renes, ejus accincti auro obrizo: At Angelus hic, qui Christi personam representabat zona aurea præinctus erat ad mammillas, inter quas est cor: quia omnia in Christo sublimiora, & perfectiora sunt.

Secundò. Zona aurea præcingitur, ad significandam Christi D. excellentiam. Andreas Casariensis. Zona aurea præcingitur ad pectus circa mammillas, ut ostendatur, opus nobis esse clementiam, qua justiam Dei in am contineat: tum etiam caritas, qua duo testamenta, per qua fideles tanquam per duo Domini ubera, nutriuntur. Dicitur autem zona ista aurea, ad designandam singularem illius excellentiam, ejusdemque castimonium, ab omni prorsus sordis, & adulterino furo alienam. Zona aurea significat Dei Clementiam ac charitatem, ut e iam docet D. Greg. lib. 34. Moral c 8. Nam sicut aurum inter omnia metalla est pretiosissimum, ita inter omnes virtutes charitas; hac præcinguntur mammillæ, quæ justitiam ac misericordiam denotant. Secundò Aurum significat veritatem: nam sicut aurum est parum ab omni inquinamento, ita veritas est aliena ab omni furo mendacii hæc veritas circumcingit duo testamenta, per qua fideles tanquam per duo Domini ubera, nutriuntur. Tertio denotat etiam zona aurea ejusdem continentiam ab omni prorsus adulterino furo alienam.

Tertio. D. Bruno Astensis sic ait: Quid zona aurea circa mammillas, nisi sapientia in corde? (inter mammillas namque jacet cor) ut ergo omnes sapientia, & scientia thesaurus in Christi pectore reconditos, demonstraret; zona aurea ejus mammillam præinctam dixit. Zona aurea præcinguntur mammillæ, inter quas est cor, quia in corde Christi erant maxime reconditi, ac custoditi Apocalypsim. Tom. 1.

totiti omnes thesauri sapientia ac scientia Dei, Sapientia & scientia debet esse custodita, & hæc erat in Christo zona nempe aurea fulgore scilicet suæ divinitatis. Pergit S. Pater: Si autem & tibi sapientia fulget in pectore (hoc est enim zona aurea circa mammillas) cinge eam, ne effluas, stringe, ne amittas, sic cum Propheta: In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Psalm. 118. n. 11. Zona aurea est sapientia, & ita sit in corde custodita, ut ipsa sit sicut cingulum, ut retineatur, & non amittatur. Christique zona, est nostra doctrina, documentumque.

Scientia, ac sapientia custodienda, & non vulgata per publicam.

Psalm. 118.

402. Rupert. 7. Dignitas regni ad nobilitandos, ac decorem, & fortitudinem, quam induit, est, vel qua præcinctus se Dominus regnans regno peccatis destructo, & superata morte, per zonam auream intelligimus, qua nunc videbatur ad mammillas præcinctus. Per zonam auream intelligitur regia potestas, qua Dominus se præcinctus induens decorem, ac fortitudinem: decorem ad suos nobilitandos, ac extollendos: fortitudinem verò ad eos custodiendos.

403. Joan. 22. d. August. Beda. urhim.

Christi Passio pro nobis est suis: valde pretiosa.

404. Summa Charitatis, si charitas multis exprimitur.

405. Plin.

Alcazar. In auro novem consideranda.

Plin. 9. Chald. Lorinqu. expli